

Judex per viam Inquisitionis procedat, tum in decreto opus non est certum diem exprimere, cum Judex pro arbitrio possit diem torturæ præfinire. Quod autem Accusator & patroni causarum torturæ interesse debeant, uti vult Jus civile, per l. 12. ff. de publ. Jud. l. 27. §. 7. ff. ad L. Jul. de Adult. L. 1. v. Quod si C. de Custod. reor. de eo noster textus nihil disponit: quin è subsequente articulo aliud quid dispositum esse, patet. Quantumvis non negem, hic aliquid tribuendum esse observantiæ & consuetudini loci, Mantzius tamen Juri civili inhæret ad b. art. n. 28. p. 196.

ARTIC. LXVI.

De reo prius interrogando de crimine commissso, cum comminatione, eum, nisi ultro confessus fuerit, tortum iri.

Der Gefangener soll erst / wegen der Ubelthat befragt werden / ob er dieselbe in der Güte bekennete.

Wenn man den Gefangenen peinlich fragen will / von Ampts wegen / oder auf Ansuchung des Klägers / soll derselbige zuvor / in Gegenwartigkeit des Richters / zweyer des Gerichts und Gerichtsschreibers / fleißiglich zu Rede gehalten werden / mit Worten / die nach Gelegenheit der Personen und Sachen / zu weiterer Erfahrung der Ubelthat / oder Urgewöhnigkeit / allerbest dienen mögen / auch mit Bedraung der Marter bespracht werden / ob er der beschuldigten Missethat bekäntlich sey / oder nicht / und was ihm solcher Missethat halber bewusst sey / und was er alsdenn bekennet / soll aufgeschrieben werden.

AD ARTIC. XLVI.

ARGUMENTUM.

Reus antequam sive ex officio, sive ad requisitionem Accusatoris torture subjiciatur, prius interrogandus est placide de perpetrato delicto, & quidem in presentia Judicis, duorum Assessorum. & actuarii Judicialis, cum comminatione, ipsum, si sponte veritatem fateri nolit, reapse tormentis subjiciendum esse.

EXEGESIS.

Duo hic traduntur: 1. Interrogatio rei placida de perpetrato crimine ante torturam, id est, postquam Indicia probata sunt, ita, ut nihil amplius restet, quàm, ut ad torturam, sive ex officio, sive ad instantiam accusatoris procedatur, Reus tamen prius placide de commissso delicto